



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Bertholdo Archidiaconi & Arnulfo & Auberto Canonicis Metensibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

clericalis inebriantur & ministri jejunare cogantur, qui secundum Apostolum suis non tenentur stipendiis militare, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus dictos patronos Ecclesiae memoratae, qui proventus ipsius percipere dinoſcuntur, ad supplendum eidem Presbytero quod ei deest in beneficio competenti, monitione prævia, per censuram ecclesiasticam sublatu appellatioſ obſtaculo compellatis. Quod si non omnes &c. duo veſtrum &c. Datum Laterani xvi. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

In eundem modum scriptum est eidem jucundis ut supra pro A. Presbytero Ecclesiae de Morti usque commissa, Prælato ac patronis ejusdem plena manu &c. usque competenter. Vnde cum sit æquitati contrarium ut Ecclesiarum Prælati ac patroni bonis ecclesiasticis &c. usque quatenus dictos Prælatum & patronos &c. usque in finem.

**BERTHOLDO ARCHIDIACONO
& Arnulfo & Auberto Canonici
Meiensibus.**

Epiſt. 117.
Ejusdem argu-
menti.

Ex parte dilecti filii I. Presbyteri Ecclesiae de Poſteſſa fuit propositum coram nobis quod cum animarum cura parochianorum ejusdem Ecclesiae ipsi canonice sit commissa, de ipsius proventibus etiam mediocriter est proviſum, patronis ejusdem retinentibus ſibi decimas alioſque proventus ad ipsam Ecclesiam pertinentes, quod nequit ibidem commodè luſtentari. Vnde quia Prælati & Ecclesiarum patroni bonis ecclesiasticis inebriari non debent & jejunare ministri, qui secundum Apostolum militare suis stipendiis non tenentur, discretioni vestrae per apostolica scripta mandamus quatenus patronos Ecclesiae memoratae &c. ut in alia usque compellatis. Quod si non omnes &c. duo veſtrum &c. Datum Laterani xiv. Kal. Februarij, pontificatus nostri anno decimoquinto.

In eundem modum scriptum est Decano, Archidiacoно, & Cantori Treverensibus pro J. Presbytero Ecclesiae de Bausci usque proviſum, Prælato ac patronis ejusdem &c. usque quatenus Prælatum & patronos Ecclesiae memoratae &c. ut in alia usque in finem.

EPISCOPO GLASCVENSI.

Epiſt. 218.
De Clericis
promotis ab
Episcopis non
fuis.

Adversus quodam Clericos, qui dum ad ſedem apostolicam accedentes, à viciniſ Episcopis, Castellano videſſet, & Ortano, Sutriño, & Nepesi-

no, temerè ſe fecerunt ad ſacros ordines *Vide lib. 14.*

promoveri, gravi fuimus indignatione *Epiſt. 11.*

commoti, pto eo maximè quod quodam corum per falſas litteras & simoniaca pravitatem accepimus fuſſe promotos. Vnde ordinatores à potestate ſuſpendimus ordinandi, & ordinati executionem interauim ordinum taliter ſuſceptorum. Nu- per autem quidam ex iſis Walterus lator preſentium ad noſtrā revertens præſen- tiam, cum magno floru quotidie non ceſſabat ad nos opportunè importunè clama- re, ſuppliciter obſecrando ut cum eo mi- ſericorditer agere dignaremur. Cui diū

nos diſſiles exhibuimus & ſeveros in tan- tum quod eidem injunxiſ ut rediret, nec nos ſuper hoc diutiū moleſtaret. Sed nec ſic ab obſecrationis instantia defiſtere voluit, quod magis repellebatur à nobis, eō magis apud nos ut miſeraremūr iſtabat. Ejus denique nos exemplo qui cum iratus fuerit non obliviſeſtur miſereri, ri- gorem manuſtudine providimus tempe- randum; cum & ipſe, exemplo Iacob lu- tantis cum angelō, nullatenus nos diſmitteret niſi ei benedicere curaremus. Quo-

circa fraternitatī tuaꝝ per apostolica scripta mandamus quatenus ſi prefatus W. de prædictis duobus criminibus canonice ſe purgaverit, falſitate videlicet litterarum & simoniaca pravitate, ſuſpensionis ſententiam quam in ſic promotoſ protulimus circa iſum debebas relaxare; ut ſi aliā dignus ſit & idoneus, & ei concedere volueris, in tua poſſit dioceſi celebraſtre. Ad hanc, per dioceſim tuam publicē ac diſtriictē prohi- beas ne quis ulteriū ſe faciat taliter ordinari. Et ne facilitas veniā incenſiū tri- buat delinquendi, quicunque de cetero taliter fuerit ordinatus, eo ipſo ſe noverit ab ordinis executione ſuſpenſum. Tu deni- que, frater Epifcope, ſuper te ipſo &c. Datum Laterani x. Kal. Februarij, ponti- ficiatus nostri anno decimoquinto.

**NOBILI VIRO COMITI
Tripolitano.**

Cum ſecundūm Apostolum antiquis patribus omnia contigerint in figura & ad noſtrā eruditioñem ſint ſcripta, per Pauli Antio- Oziam Regem, qui ſacerdotum volens eheni officium uſurpare uia temeritatis peccatum, lepra percutiſſus à Domino, non evaſit, ma- nifeſtè confunditur quorundam praſump- tio laicorum, qui dum negotiis ad perio- naſ ecclesiasticas pertinentibus ſe temere immiſſere non metuunt, proculdubio le- pram, id est, gravis peccati maculam, non

Epiſt. 219.
De electione
Abbatis sancti
Pauli Antio-
Oziam Regem,